Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

relegat

Damascus Assyrie urbs primaria Et ut di
cit metropolis omnium ferme urbium Asie
d vetustissima esse videtur / Quam hebraice sex
nos fundasse sacre tradunt litere / Est quamquam cam
n pestris Agrumque habet natura soli sterile ~~et~~ ac
aridum; nisi contermini aque irrigent superne fistu
lis cuniculisque subducte / Quarum humor terram
reddit omnium fertilem: et arboribus prestantissimam
amnis parvumque ~~amnis~~ in regione urbis proximus
menibus delabens parva ab illis dirimit
terre lingula consitoribus omni in orbe pretiosis
simis contextecta / Hec insignis civitas damas
h cenorum itinere sex dierum ab Iherusalem distat
In qua sanctus paulus baptismum suscepit / Et pro
pe eam locus extat ubi ei circumfulsit lux de
celo et vocem de celo audivit / Saule quid
me persequeris / Qui post baptismum in sina
gogis predicabat xpm / ob insidias iudeorum e
damasco noctu in sporta per murum demissus
fuit; ubi et domus Ananie a quo baptismum
accepit hodie visitur / Hec urbs plures calami
tates perpessa / postremo cum Conradus romanorum
rex ducende in Asiam expeditionis munus assumpsisset
Itaque ductum in Damascum secum christianum reges
cardinalem quoque legatum; et fulcherium patriarcham
hierosolymitanum; multos quoque episcopos expe
ditioni interesse curaverant: In qua cum nostri prin
cipes prudenti consilio castra firmassent. Et
si urbs menibus altissimis densissimisque mu
nita turribus capi nequivisset: In potestate
brevi ventura erat / quia agitatione fluminis pro
hibiti damasceni; annona intus continuaque
qui presidio inerat alere non potuissent fontibus
qui in urbe erant: ingenti populo difficillime
sufficientibus / Cum tamen sibi timendum cives forent
ne succisis cuniculorum meatibus: quod haud qua
quam operosum nimis fore intelligebant / Et ipsi
fontes in urbe arescerent / Subripuit vero de
tanta urbe victoriam Assyrii hominis dolus:
cui Balduino regi ad eam diem fidum a quo
ductus fuerat damasceni pecunia corruperunt
Ipse regibus suasit: ut castris ad aliam urbis
partem mutatis; menia vires suas frustra
tia oppugnat / Damasceni recuperato facile
flumine potiti: munitionibus additis in suam par
tem firmato: / nostros agitatione prohibuerunt / quod
quia pax fuit ex eo facto incommodi: ab annona
in castris brevi laboratum est / que nisi ab am
nis ripa poterat importari / Soluta obsidione
cum tantus exercitus re infecta ad propriam rediisset
Conradus ludovicusque reges comunitos male
habitosque exercitus suos in europam reducentes
ad propria sunt reversi / cum erat annus salutis
secundus et quinquagesimus supra decies centenum